BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445

Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

te diceres. ydola mea fecerunt hec. et
sculptilia mea et conflatilia manda
verunt ista que audisti. Vide
omnia. vos autem non annunciastis.
audita feci tibi nova ex tunc. et con
servata que nescis. Nunc creata
sunt. et non ex tunc. et ante diem.
et non audisti ea. ne forte dicas.
ecce ego cognovi ea. neque audisti.
neque cognovisti. neque ex tunc aper
ta est auris tua. Scio enim quia
prevaricans prevaricabis. et transgres
sorem ex ventre vocavi te. Propter
nomen meum longe faciam furo
rem meum. et laude mea infre
nabo te ne intereas. Ecce ego excoxi
te. sed non quasi argentum. Elegi te in
camino paupertatis. Propter me fa
ciam ut non blasphemer. et gloriam
meam alteri non dabo. Audi me Ya
cob. et israel quem ego voco. Ego ipse.
ego primus. et ego novissimus. Ma
nus quoque mea fundavit terram.
et dextera mea mensa est celos. Ego
vocabo eos. et stabunt simul. Con
gregamini omnes simul vos. et
audite quis de eis annunciavit
hec. Dominus dilexit eum. fa
ciet voluntatem suam in baby
lone. et brachium suum in chalde
is. Ego locutus sum. et vocavi eum.
adduxi eum. et directa est via eius.
Accedite ad me et audite hoc. Non
a principio in abscondito locu
tus sum. ex tempore antequam fieret ibi
eram. Et nunc dominus deus misit
me. et spiritus eius. Hec dicit dominus
redemptor tuus sanctus israel. Ego do
minus deus tuus docens te utilia. guber
nans te in via qua ambulas.
Utinam attendisses mandata me
a. facta fuisset sicut flumen pax tua.
et iusticia tua sicut gurgites maris. et
fuisset quasi harena semen tuum. et stirps
uteri tui ut lapilli eius. Non interis
set. et non fuisset attritum nomen
eius a facie mea. Egredimini de ba
bylone. fugite a chaldeis. In voce
exultationis annunciate. auditum
facite hoc. et efferte illud usque ad extre
mum terre. Dicite. redemit dominus
servum suum Yacob. Non sitierunt
in deserto. cum educeret eos. aquam de
petra produxit eis. et scidit petram
et fluxerunt aque. Non est pax im
piis dicit dominus. Cap. xlix.
Audite insule. et attendite
populi de longe. Dominus
ab utero vocavit me. de ven
tre matris mee recordatus est no
minis mei. Et posuit os meum
quasi gladium acutum. in umbra ma
nus sue protexit me. Et posuit me
quasi sagittam electam. in pharetra
sua abscondit me. et dixit mihi. Ser
vus meus es tu israel. quia in te
gloriabor. Et ego dixi. In vacuum la
boravi. sine causa et vane fortitu
dinem meam consumpsi. Ergo iu
dicium meum cum domino est. et opus
meum cum deo meo. Et nunc dicit
dominus formans me ex utero ser
vum sibi. ut reducam ad eum Yacob.
et israel non congregabitur. Et glorificatus sum
in oculis domini. et deus meus factus
est fortitudo mea. Et dixit. Parum
est ut sis michi servus ad suscitan
das tribus Yacob. et feces israel conver
tendas. dedi te in lucem gentium. ut
sis salus mea usque ad extremum ter
re. Hec dicit dominus redemptor
israel sanctus eius. ad contemptibilem
animam et ad abhominatam gentem.
ad servum dominorum. Reges videbunt